



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLIII. De causa timoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

morum iam dictam, timore presenti potest homo F
timere futurum timorem.

Vtrum repentina magis timeantur.

Infra q. 48.
Art. 3. ad 3.

Cap. 5. ante
med. to. 6.

Ca. 8. in fin.
tom. 5.

Ca. 6. a med.
tom. 1.

Artic. 3.

Li. 3. aliquā
tulum a me
dio.

I. 770 citato
in argum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur; quod in solita & repentina non sint magis terribilia. Si- cut enim spes est de bono, ita timor est de malo, sed experientia facit ad augmentum spiei in bonis. ergo etiam facit ad augmentum timoris in malis.

T 2 Præt. Philosophus dicit in 2 Rhet. * qd magis timentur non qui acutæ sunt iræ, sed mites & astuti: constat autem illi qui acutæ iræ sunt, magis hñt subi- tos mortis. ergo ea qd sūt subita, sūt minus terribilia.

T 3 Præt. Quæ sunt subita, minus considerari pñt: sed tanto aliqua magis timentur, quanto magis confide- rantur, unde Philosophus dicit in 3 Ethic. * quod ali- qui uidentur fortes propter ignorantiam, qui si co- gnouerint quod aliud sit, quam suspicantur, fugiunt. ergo repentina minus timentur.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 2 Confes. * Timor insolita & repentina exhorrescit, rebus qua- amantur aduersantia, dum precaut securitati.

RESON. Dicendum, qd sicut supra dictum est, * obiectum timoris est malum imminens, quod non de facilis repellendi potest: hoc autem ex duobus contin- git, sex magnitudine mali, & ex debilitate timoris: ad utrumque autem horum operatur, quod aliquid sit insolitus & repentinus. Primò quidem facit ad hoc, qd malum imminens maius appareat. Omnia n. corporalia & bona, & mala quanto magis considera- tur, minoria apparent, & iō sicut propter diuturnitatem dolor præsentis mali mitigatur, ut patet p Tullium in 3. de Tuscul. questionib. * ita et ex præmedi- tatione minuitur timor futuri mali. Secundò, aliqd esse insolitus & repentinus facit ad debilitatem ti- mentis, in quantum subtrahit remedia, que homo potest preparare ad repellendum futurū malum, qd esse non possunt, qd ex improviso malum occurrit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectum spci est bonum, quod quis potest adipisci; & iō ea qd augmentant potestatem hominis, nata sunt augere spem, & eadem rōne diminuere timorem, qd timor est de mali, cui non de facilis pñt resisti. Quia igitur experientia facit hominem magis potentem ad ope- randum, iō sicut auget spem, ita diminuit timorem.

AD SECUNDVM Dicendum, qd illi qui hñt iram acutam, non occultant eam: & ideo nocimēta ab eis illata non ita sunt repentina, quin præuidentur, sed homines mites & astuti occultant iram: & ideo no- cumentum quod ab eis imminet, non potest præuideri, sed ex improviso aduenit. & propter hoc Philo- sophus. * dicit, quod tales magis timentur.

AD TERTIVM Dicendum, qd pñc loquendo, bona uel mala corporalia in principio maiora appa- rent, cuius ratio est, quia unumquodque magis ap- parat contrario iuxta se posito. unde cum aliquis sta- tim a paupertate ad diuitias transit, propter pauper- tam præexistente diuitias magis estimat: & ecō trario, diutes statim ad paupertatem deuenientes, eam magis horrent, & propter hoc malum repentinū magis timet, quia magis uidetur esse malum. sed potest propter aliquod accidentis contingere, quod magnitudo aliquius mali, lateat, putra, cum hostes se infidiose occultant, & tunc uerum est, quod malum ex diligenti consideratione fit terribilius.

Vtrum ea, contra quæ non est remedium, magis timeantur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, qd ea quæ non habent remedium, non sint magis timen- da. Ad timorēn. requiritur, quod remaneat aliqua qua spes salutis, ut supra dictum est: * sed in malis qd non habent remedium, nulla remanet spes salutis. ergo talia mala nullo modo timentur.

T 2 Præt. Malo mortis nullum remedium adhiberi potest: non enim secundum naturam pñt esse redi- tus a morte ad uitam, non tamen mors maxime timet, ut dicit Philosophus in 2. Rhet. * non ergo ea magis timentur, quæ remedium non habent.

T 3 Præt. Philosophus dicit in 1. Ethic. * qd non est ma- gis bonum quod est diuturnitas, eo quod est unius diei: neque quod est perpetuum, eo qd non est per- petuum. ergo eadem ratione neque maius malū: sed ea quæ non hñt remedium, non uidentur differre ab aliis nisi propter diuturnitatem, vel perpetuitatem. ergo pp hoc non sunt peiora, uel magis timenda.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhet. * quod omnia timenda sunt terribilia, quæ con- que, si peccauerint, corrigi non contingit, aut quorum auxilia non sunt, aut non facilia.

RESON. Dicendum, qd obiectum timoris ē ma- lum. unde illud quod facit ad augmentum mali, fa- cit augmentū timoris: malum autem augerit nō so- lum pñm speciem ipsius mali, sed etiam pñm circunstā- tias, ut ex supra dictis appareat. * Inter cæteras autē cir- custantias diuturnitas, uel etiam perpetuitas magis uidetur facere ad augmentum mali. Ea n. qd sunt in tempore, secundum durationem temporis quodāmodo mensurantur. uñ, si pati aliquid in tempore tanto est malum, pati idem in duplo tempore ap- prehendit ut duplum. & secundum hanc ratio- nem pati idem in infinito tempore, quod est perpe- tuo pati, habet quodāmodo infinitum augmētum: mala autem quæ postq aduenerint, non pñt hñre re- medium, uel non de facilis, accipiuntur ut perpetua uel diuturna, & ideo maxime redduntur timēda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod remedium mali est duplex. Vnum, per quod impeditur futuri malum, ne adueniat, & tali remedio sublatu auferit spes, & per consequens timor, unde de tali remedio nunc non loquimur. Aliud remedium mali est, quo malum iam presens remouetur, & de tali remedio nunc loquimur.

AD SECUNDVM Dicendum, quod licet mors sit irremediabile malum, tamen quia non imminet de prope, non timetur, ut supra dictum est. *

AD TERTIVM Dicendum, quod Philosophus ibi loquitur de per se bono, quod est bonum secundum speciem suam, sic autem nō fit aliquid magis bonum propter diuturnitatem, uel perpetuitatem, sed propter naturam ipsius boni.

De causa timoris, in duos articu- los diuisa.

Super quæstio. qua- dragesimatercia ar- ticulum primum.

DEINDE considerandum est de causa timoris. Et circa hoc qd sunt duo. Primo, vtrū cā timoris sit amor. Secundo, Vtrum causa timo- ris sit defectus.

In qua- drage timortio. tota nihil scribendū occurrit, nisi ex utro- que articulo aten- tum te reddere, ut discas causas passio- num cognoscere, & discernere, ex par- tie obiecti & subiecti &

& secundum singu-
las conditiones obie-
cti, proprias causas, &
diuersimode conti-
tuendo cas, cire re-
spondere ad quæfisa
de causis passionum.

Vtrum causa timoris sit amor.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod amor non fit causa timoris. Illud enim quod in traducit aliquid, est causa eius: sed timor introducit amorem charitatis, ut Aug. dicit super Canonicam Io. ergo timor est causa amoris, & non econversio. ¶ Prat. Philosophus dicit in Rhet. t̄q̄ illi maxime timent, a quib⁹ expectamus imminere nobis aliquam mala: sed propter hoc q̄ ab aliquo expectamus malum, magis prouocamur ad odiū eius, q̄ ad amore. ergo timor magis causatur ab odio, quam ab amore. ¶ Prat. Supra dictum est, quod ea que sunt a nobis ipsi, non habent rationem terribilium, sed ea q̄ sunt ex amore maxime proueniunt ex intimo corde. ergo timor ex amore non causatur.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit in lib. 3. q. * Nulli dubium est, non aliam esse metuendi causā, nisi ne id quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiscamur speratum. omnis ergo timor causatur ex hoc, quod aliquid amamus. amor igitur est causa timoris.

RESPON. Dicendum, q̄ obiecta passionum aīæ se habent ad eas, tanquam formæ ad res naturales, uel artificiales: quia passiones aīæ spēm recipiunt ab obiectis, sicut res prædictæ a suis formis. Sicut igitur quicquid est causa formæ, est causa rei constitutæ p̄ ipsam; ita etiam quicquid & quoconque mō est cā obiecti, est causa passionis. Contingit autem aliquid esse causā obiecti uel per modum cā efficientis, uel per modum dispositionis materialis: sicut obiectū delectationis est bonum apparenſ conteniens coniunctum, cuius cā efficiens est illud, quod facit coniunctionē, nel quod facit convenientiam, uel bonitatem, uel apparentiam huiusmodi boni: causa autē per modum dispositionis materialis est habitus, uel quoconque dispositio, secundum quam fit aliquid cōueniens, aut apparenſ illud bonum, quod est ei coniunctum. Sic igitur in p̄posito, obiectum timoris est estimatum malum futurum propinquum, cui referti se facili non potest: & ideo illud, quod potest inferre tale malum, est causa effectuā obiecti timoris, & per consequē ipsius timoris. Illud autē per quod aliquis ita disponitur, ut aliquid sit ei tale, est causa timoris & obiecti cius per modum dispositionis materialis. & hoc modo amor est causa timoris. Ex hoc enim quod aliquis amat aliquid bonū, sequitur q̄ priuatiū talis boni sit ei malum, & per consequēns, quod timeat ipsum tanquam malum.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ sicut supra dictū est, * Timor p̄ se & primō respicit malum quod refugit, quod opponitur alicui bono amato: & sic p̄ se timor nascit ex amore. secundariò uero respicit ad id, per qd prouenit tale malum: & sic per accidens quicquid timor inducit amorem, in quantum, scilicet homo qui timet puniri a Deo, seruat mandata eius, & sic incipit sperare, & spes introducit amorem, ut supra dictum est. *

An 11. Dicendum, q̄ ille, a quo expectamus mala, primō quidē odio habetur, sed postq̄ ab ipso iā incipiunt sperari bona, tunc incipit amari bonū autē cui contrariaū malum qd timet, a principio amabatur.

An 111. Dicendum, q̄ ratio illa procedit de eo, quod est causa mali terribilis per modum efficientis: amor autem est causa eius per modum materialis dispositionis, vt dictum est. *

Vtrum causa timoris sit defectus.

AD SECUNDVM sic proceditur. Viderur quod defectus non sit cā timoris. Illi n. qui potentia habent, maxime timentur, sed defectus contrariaū potentia. ergo defectus non est cā timoris. ¶ Prat. Illi qui iam decapitantur, maxime sunt in defectu, sed tales non timent, ut dicitur in 2. Rhetor. ergo defectus non est causa timoris.

¶ Prat. Decertare, ex fortitudine prouenit, non ex defectu, sed decertantes timent eos qui pro eisdem decertant ut dicitur in 2. Rhetor. t̄ ergo defectus non est causa timoris.

SED CONTRA. Contrariorum contrariae sunt cā: sed diuitiae, & robur, & multitudo amicorum, & protestas excludunt timorem, ut dicitur in 2. Rhetor. ergo ex defectu horum timor causatur.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * Duplex causa timoris accipi potest. una quidē per modum materialis dispositionis ex parte eius q̄ rimet, alia per modum causæ efficientis ex parte ei⁹ qui timerit. Quantum igitur ad primum, defectus per se loquendo, est causa timoris. Ex aliquo n. defectu virtutis contingit, quod non possit aliquid de faſili repellere immensum malum, sed tamen ad cauſandum timore requiritur defectus cum aliqua mēſura. Minor enim est defectus qui causat timorem futuri mali, quam defectus consequens malum praefens, de quo est tristitia: & adhuc esset maior defectus, si totaliter sensus mali auferretur, uel amor boni, cuius contrarium timet. Quantum uero ad fīm, uirtus & robur, per se loquendo, est cā timoris. ex hoc n. q̄ aliquid, quod apprehenditur ut nocuum, est uirtus sum, contingit quod eius effectus repelli non potest: cōtingit tñ per accidēs, quod aliquis defectus ex ista parte causat timorem, in quantum ex aliquo defectu cōtingit, quod aliquis uelit nocumentum inferre, puta propter iniustitiam, uel quia ante l̄esus fuit, uel quia timet l̄audi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de causa timoris ex parte causæ efficientis.

AD 11. Dicendum, quod illi qui iam decapitatur, sunt in passione prætent mali, & ideo iste defectus excedit mensuram timoris.

AD 111. Dicendum, quod decertantes timet nō propter potentiam, qua decertare possunt, sed propter defectum potentiae. ex quo contingit, quod se superaturos non confidunt.

QVAESTIO XLIV.

De effectibus timoris, in quatuor articulos diuisa.

EINDE considerādum est de effectibus timoris.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primō, Vtrum timor faciat cōtrationem.

¶ Secundō, Vtrum faciat consiliatios.

¶ Tertiō, Vtrum faciat tremorē.

¶ Quarto, Vtrum impedit operationem.

Prima Secundæ S. Thomæ.

Super questionem quædragesimæ quartæ auctiolum primum.

IN 1. ar. q. 44. dubiū occurrit, eo quod responsio ad 3. contrariaū corpori ar. & uniuersali doctrinæ de consonantia motus corporalis, & mot⁹ animalis in pafionibus. nam secundū uniuersalem doctrinā in corpore trāditā, sicut timor consistit in contractione animi, ita transmutatio illi unita in cōtratiōe caloris spirituū: & tñ in r̄fione, ad

M tertium